



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XIII. Octobris. S. Colomannvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S COLOMANNVS, Scorus Monachus Huenfis, & Abbas Amaribacensis, præfuit annis tribus Archiepiscopatu Lindisfarnensi in Anglia. Huius in vitu temperantiam, in vestitu abiectionem, in maximis Reipub. negotiis prudentiam, multi illius seculi Ecclesiastici sunt sequuti, pauci tamen assequuti. Tandem Episcopatu relicto ad Monasterium suum rediit anno DCLXIV. Et paucò post tempore, Britannia relicta, per multas regiones Germaniæ, verbum Dei disseminauit, iterq; Hierosolymam versus instituit. In eam verò Noricorum regionem, quæ nunc Austria dicitur, cum venisset, quasi à Bohemis aut Pannoniis vicinis suis hostibus, explorator submissus esset: à furiosâ plebe comprehensus, virgis cæsus, ac iudici est præsentatus. Vbi modestiam quam animo præferebat, vultu, habituq; demonstrauit. Interrogatus itineris sui causam veraciter exposuit, aliud quicquam confiteri, quam quod res erat, compelli nunquam potuit. Quare iudicis decreto verberibus grauissimè afflictu, lapides, ouaq; ignita, candentem forcipem, ac ferram, quâ corpus eius lacerabatur, fortiter superauit. Videntes itaq; carnifices inuictam eius animi constantiam, eum suspendio necauerunt: suspensus cum eo duobus latronibus. Quorum carnes frequenti auium bestiarumq; morfu dilaniatæ, ac putredine consumptæ sunt; sancti viri verò corpusculum, vnguibus cum barbâ cæsariæque crescentibus sine corruptione permanens restoruit: sed & torta in quâ integro anno cum dimidio pendebat fronduit. Sed & venabulo transfixus, & rescissus ex corpore carnibus, calidus semper sanguis defluxit. Tandem honorificè sepultus, innumeris claruit miraculis. Rursumq; eleuatum eius incorruptum corpus Medelicum translatum est, A. C. M XV. Ex

Martyrol. Mon. & Bren. Molicensi.



S. COLOMANNVS. EPISC. MAR. ORD. S. BEN.
 Hic Lindisfarrensi Episcopatu relicto in Germaniam
 Euangelii predicandi causa secedens plurimos ad
 Christi fidem conuersit in Austria inquilatus,
 Melici quiescit. III. Id. Oct. A. C. DCLXX. circiter.

O.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the number 'III' and some illegible script.